



Н

6

8 fuz

a

v. d. R 6

ISAGOGE

ELEMENTALIS PER QVAM SVCCIN-
cta in Hebraicam linguam, à Sebastia-
no Munstero nunc primum conscripta.

ITEM lectio Hebraica ex euan-
gelio diui Matthæi.

Ex Libris
F. B. N. *F. B. N. F. B. N.*

FRO BEN.

15



Et I 70

Danielis ultimo

חַמְשָׁפוּלִים יַחֲדוּ בּוֹחֵר חֲרָקִיעַ
וּמִצְדִּיקֵי חֲרָבִים בְּבוֹבָבִים לְעוֹלָם:

Handwritten signature or mark at the bottom right.

SEBASTIANVS

MVNSTERVS SAMVELI PETRI
filio suo charissimo felicem optat
in literarum studijs successum.



NHABES dulcis. fili,
tu & tui similes studiosi
pueri, in sacrā linguam
breuissimum compen-
diū, sed quo loco gram-
maticæ uti possis. Habes enim modum
legēdi absolutum, habes quomodo in-
ternoscas radicem à seruilibus literis, ha-
bes deniq; exemplar omnium quatuor
coniugationum in uerbis perfectis: ha-
bes & tandem commodissimā ex diui
Matthæi euāgelio lectionem, qua te in
Hebraismo exerceas. Perge itaq; ut
cœpisti in hoc sacro studio, quo
salubrius sub sole uix obtin-
gere poterit. Vale.

ISAGOGEMVNSTERI



ITERAE apud Hebræos à
 dextra ad sinistrâ sunt legen/
 dæ:& hæ sunt numero uigin/
 tiduæ, quarum nomina & figuræ sunt,

He	Daleth	Gimel	Beth	Aleph
h	d	g	b	a
Iod	Teth	Heth	Zain	Vau
i	t	h	z	u
Samech	Nun	Mem	Lamed	Caph
s	n	m	l	ch
Res	Kuph	Zade	Pe	Ain
r	k	z	p	a
		Tau	Sin	Schin
		th	s	sch

ISAGOGE

Aliud duplex alphabetum.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ
 ס ע פ צ ק ר ש ת ד מ ז ח ט
 א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ כ ל מ נ
 פ צ ק ר ש ת ד מ ז ח ט

OMNES ferè literæ sunt consonan-
 tes, constituunturq; ex eis & ad-
 iunctis punctis uocalibus syllabæ.

Sunt autem puncta uocalia, nempe
 Pathah — a clarum & apertum.

Kamez — a obscurū & cum o mixtū.

Zere .. e subtile. *Sigol* ∴ ∵

Holem • o, punctus unus supra literā.

Hirec • i, punctus unus sub litera.

Surec ∴ u, scribiturq; in solo Vau.

Kybuz ∴ u, uox media inter u & i.

Hatephkamez ∴∴ o breue.

Scheua ∴ terminatio syllabæ, & e rap-
 ptum.

COnstituuntur autem ex literis &
 punctis syllabæ in hunc modum,
 a ba

MVNSTERY

cha ia ta ha za ua ha da ga ba a

כַּ חַ יַ אַ תַּ הַ זַ אַ הַ דַ גַּ בַּ אַ

tha fa ra ka za pa a fa na ma la

תַּ פַּ רַ אַ קַ זַ פַּ אַ נַ מַ לַ

ia ta ha za ua ha da ga ba a

יַ אַ תַּ הַ זַ אַ הַ דַ גַּ בַּ אַ

iaæ taæ hæ zaæ uaæ hæ dæ gæ bæ æ

יַ אַ תַּ חַ זַ אַ הַ דַ גַּ בַּ אַ

ie te he ze ue he de ge be e

יַ אַ תַּ חַ זַ אַ הַ דַ גַּ בַּ אַ

li chi ij ti hi zi ui hi di gi bi i

לַ יַ חַ יַ תַּ יַ זַ וַ יַ הַ דַ גַּ בַּ אַ

io to ho zo uo ho do go bo o

יַ אַ תַּ חַ זַ אַ הַ דַ גַּ בַּ אַ

iu tu hu zu uu hu du gu bu u

יַ אַ תַּ חַ זַ אַ הַ דַ גַּ בַּ אַ

iu tu hu zu uu hu du gu bu u

יַ אַ תַּ חַ זַ אַ הַ דַ גַּ בַּ אַ

ie te he ze ue ho do go bo o

יַ אַ תַּ חַ זַ אַ הַ דַ גַּ בַּ אַ

I S A G O G E

Quatuor literæ gutturales, nempe
 ע ה ח נ habent plerunque pro sche
 ua simplici, scheua compositum cum pa
 thah uel sægol, ut

ח	æ,	ח	æ.
ה	hæ,	ה	hæ.
ה	hæ,	ה	hæ.
ע	æ,	ע	æ.

Vocaturq; unum hatephpathah, alte
 rum hatephsægol.

Quinq; sunt literæ quæ in fine alijs
 scribuntur figuris quàm intra dictio
 nem, nempe ע ב ב ב ב quæ in fine
 sic scribuntur ע ב ב ב ut בְּרַחֵם
 Baruch, עִם em, בֵּן ben, אֶפֶס aph,
 אִמּוֹז Amoz.

Sex sunt literæ quæ in sui prolatio
 ne per insertum punctum dages inten
 duntur, & per suprapositam uirgulam
 raphe remittuntur, & sunt istæ בְּבֵת בְּבֵת
 Nam בּ facit b, & בֵּ f uel u conso
 nantem

nantem. sic א c uel k, & ב ch: פ pe,
 פ ph: ת t, ת th. Virgula tamen ra-
 phe non semper scribitur supra literam,
 sed satis est si litera careat pūcto dages,
 ut א & ב eandem habent prolatio-
 nem, sic פ & פ & cætera. In alijs lite-
 ris dages ferè duplicat literam: ut חפה
 hannah, חזים hizzim. Recipiunt au-
 tem omnes literæ præter quatuor gut-
 turales & præter literam res, punctum
 dages.

Habent Hebræi aspirationes duas,
 ה est lenis, & ה fortis. Et nota quan-
 do ה cum puncto in ultimo dictionis
 scribitur loco, prolatio puncti præcedit
 flatum: ut לוה luah, non luha.

Vau est uocale quando habet pun-
 ctum surec uel holem: cū alijs uero pun-
 ctis, aut sine omni pūcto, est consonās.
 Exemplū primi וּבֵא ufa, מוֹר mor:
 secundi, וַיֵּא וַיֵּא uaiias, וַיְהוּה uihw

da:tertij, בַּיִר banaf.

Iod quando habet proprium punctum uocale semper est cōsonans, absque illo uero mutescit, nisi quando in fine dictionis ponitur, & præcedit unum ex quatuor punctis, kamez, pathah, holem, aut uau surec, tunc enim est uocale. Exempla primi, יָד iad, שְׁמַיִם scha/maim:secundi, בֵּית beth, עֵינַי ena/cha:tertij, מַלְכַי malkai, מַדַּי madai, גּוֹי goi, גְּלוּי galui.

Habent Hebræi triplex s, crassum scilicet, subtile & acutum. Crassum, ut est שׁ cum puncto dextro quod יָמִין uocatur, acutum שׂ cum puncto sinistro quod שְׂמאל uocatur, & cum illo omnino idem est ס Et hac litera Germani utuntur quando proferunt aquam wasser: prima autem utuntur in prolatione piscis, fisch. Tertium s est י, subtile scilicet & tenue, quo Germani utuntur

tur quando proferunt leporem, *has.*

Discrimen quod est inter prolationem *ח* & *ע* nō potest significari scriptura, nec Iehudæi nostrates obseruāt, nisi quando ain in fine scribitur præcedente kamez aut pathah, ut *רע* formato a in gutture non in palato.

De puncto scheua.

SCheua semper terminat syllabam, nisi quando scribitur in principio dictionis, ut *בשם* beschem, *בראשית* bereschith: aut quando sequitur litera gutturalis, ut *מלאך* maleach, *מרעה* marehith: aut quando scribitur sub litera dageffata, ut *דברו* dibberu: aut quando scribitur sub litera mox duplicata, ut *הללו* hallelu: aut quando præcedit uox magna, ut *פקדה* pakeda, *סיסרה* Siferā. Sunt autem uoces magnæ, Kamez, zere, holem, surec, & iod præcedente hirec. Voces parvæ sunt,

Pathah, sægol, nudum hírec, hateph,
kamez, & kybuz.

Notandum etiam, quum duo scheua concurrunt, primum quiescit & alterum legitur, ut אֲרֵצָה arzecha.

De puncto dages.

DAges est duplex, leue & forte, ut Hebræi uocant. Leue solū locum habet in sex literis בְּגַר בְּפֶה quando scribuntur ab initio dictionis uel post scheua quiescens: intendens scilicet eas non autem duplicans. exempla, בְּרֵאשִׁי berosch, פִּי pí, תְּלֵם tælæm, כִּי kí: item אֶלְבַּשׁ ælbasch, מַלְכָּה malka, מַרְפֵּא marpe.

Dages autē forte ferè duplicat literam, nam litera dageffata cōstituit syllabam unam cum proprio puncto, & aliã cum contiguo præcedenti puncto: ut דִּבְרַנּוּ dibbarnu, סֶלָם sullam, אִמּוֹת immoth, אִשָּׁח isscha.

De nu-

MVNSTERI

De numeris.

NVmerant Hebræi per literas alphabeti, ferè sicut Latini per Ciphras: uidenturq; Latini ciphras suas mutuasse ab Hebræis, qui numerationes uocant ספירות

9	8	7	6	5	4	3	2	א
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	י
90	80	70	60	50	40	30	20	י'
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י0
900	800	700	600	500	400	300	200	100
ק	ר	ש	ת	ק	ר	ש	ת	ק

Expeditius sic, si sequat' 1200 1100 1000
centenarius numerus, רתת שתת תתת

7000	6000	5000	4000	3000	2000	1000
ז	ז'	ח	ד	ג	ב	א

19	18	17	16	15	14	13	12	11
יט	יח	יז	יד	טו	יד	יג	יב	יא
295	178	111	66	55	44	33	22	
רצה	קעח	קיא	סו	נח	מז	לג	כב	

Numerum annorū mundi hoc Chri-
sti anno currente M D XXXV scri-
bunt Hebræi hoc modo הָרַחֵק הַזֶּה hoc
est 5295. Vbi litera הַ importat quin-
que millenaria, eo quod præcedat lite-
ram הַ quæ duo significat centenaria.

De literis essentialibus & seruilibus.

CONstant in Hebraismo ferè om-
nia nomina & uerba tribus radica-
libus literis, & omnes aliæ literæ à fron-
te uel calce adiectæ exhibent ministe-
rium aliquod, hoc est, constituunt ge-
nus, numerum, personam & tempus.

Sunt autē undecim quæ semper radica-
les inueniūtur, nempe אָרְחָסְעַתְצָקָר
Et aliæ undecim אָבְהַי בְּלִם נִשְׁתַּח ali-
quando sunt substãtiales, & aliquando
ministeriales, constituētes omnes gram-
maticas inflexiones.

אָ facit à fronte primam personam
futuri temporis, sing. ut אָרְבִּיר loquar.
בְּ est

כ est præpositio In, uel Cum: ut בעיר in ciuitate.

ה à fronte est plerunque articulus, sicut ה & ה apud Græcos: ut הוויש uir ille, הבה ipsa domus. Et quando habet ׀ est litera quæsitia, ut הבער nunquid puer? In fine constituit sceminiū genus, ut à בער puer, בערה puella. Et cum puncto mappic est relatiuū sceminini generis, ut הושה uir eius, scilicet mulieris.

ו Vau à fronte semper & perpetuò est coniunctio copulatiua. A fine cum surec facit in uerbis pluralē numerum, ut שׁמרו custodierunt, שׁמרו custodite. Cum holem uero & sine holē atq; surec, est relatiuum mascu. gen. ut אמר mater eius, עיניו oculi eius.

י Iod à fronte facit tertiã personam futuri tēporis utriusq; numeri, ut ישׁמר custodiet, ישׁמרו custodient. A fine est

I S A G O G E

relatiuum primæ personæ, ut אֱלֹהֵי deus meus, עֵינַי oculi mei.

ב à fronte est aduerbium similitudinis: & à fine cum kamez, pronomen Tu Tuus: & cum scheua, Tu Tui. ut בְּסִפְרְךָ sicut liber tuus ô uir, בְּסִפְרָךְ sicut liber tuus ô mulier.

ל à frontè est articulus genitiui, datî ui & aliquâdo accusatiui casus: ut לְאָדָם homini, לְנָבִיא ad prophetam.

מ à principio dictionis est præpositio A uel Ab: à calce uero ualet Eorum Eis: ut מִמֶּלֶךְ à rege, מִיָּדָם de manu eorum, מֶלֶכָם rex eorum.

נ à capite primò constituit passiuam uocem, ut נִשְׁמָר custoditus est: deinde facit primam personam pluralis futuri temporis, ut נִשְׁמָר custodiemus. A fine uero facit Earum Eis Eas, ut מִלְכָן rex earum.

ו à principio cum sægol ualet Qui Quæ

M V N S T E R I

Quæ Quod, ut שֶׁלַּהּ qui misit.

ת à fronte facit secundam & tertiam personam singularem masculini & pluralem fœm. fut. ut תִּשְׁמֹר custodies tu uir, & custodiet mulier. A fine uero facit secundam personam præteriti singularis utriusq; generis, ut שִׁמַּרְתָּ custodiisti tu uir, שִׁמַּרְתְּ custodiisti tu mulier.

Desinunt etiam quædam fœminina nomina in ת, ut עֲטֹרֶת corona, רֵצִיחַ scientia.

CONSTITVUNTVR præterea ex his seruilibus literis quædã syllabæ seruiles: ut sunt בַּם uos, uester: בְּן uos, uestra: הֵם eorum, eîs: הֵן earum, eîs. ut סְבִירָבִים liber uester, אִמִּבֶּן mater uestra, מַלְכֵיהֶם reges eorum.

ים facit pluralem numerum mascul. gen. ut בְּעֵרִים pueri: sed ים facit dualē numerū, ut עֵינַיִם oculi, רַגְלַיִם pedes.

ות facit pluralem numerum fœmi-

ISAGOGÆ

nini, ut בַּעֲרֹה puellæ, מַלְכוּת reginæ.

תִּי facit primam personā præteriti, ut אָמַרְתִּי dixi, שָׁמַרְתִּי custodiui.

תִּם facit secundam personam pluralis masculini, ut שָׁמַרְתֶּם custodiuiſtis: & in fœminino, שָׁמַרְתֶּן.

נִי facit primam personam pluralis præteriti, ut שָׁמַרְנוּ custodiuiſimus.

נִי facit Me, ut שָׁמַרְתָּנִי custodiuiſt me, הִכּוּנִי percusserunt me.

נָה facit secundam & tertiam personam pluralis fœminini imperatiui & futuri temporis, ut שָׁמַרְנָה custodite, תִּשְׁמַרְנָה custodietis & custodient.

הִי est relatiuū masc. ſingulare, idem ualēs quod הִי ut הִלְלוּהוּ laudate eum: pro quo in fœmi. genere dicitur הִלְלוּהָ laudate eam.

De nominibus hæemanthicis.

HÆ sex literæ אָמַרְתִּי sæpe conſtituunt denominatiua quādo adduntur

MVNSTERT

duntur tribus literis radicalibus, præsertim מ & ה à fronte, & נ à fine: ut מִשְׁפָּט iudicium, מִסְפָּר numerus, תַּאֲוָה desiderium, תְּשׁוּלוֹם compensatio, חֲרוֹן furor: à radice, חָרָה iratus est.

De ordinibus.

PONUNT Hebræi octo ordines radicum. In primo sunt nomina & uerba perfecta, in quibus nulla radicalis littera unquam intercudit, ut est שִׁפַּט iudicauit, מֶלֶךְ rex.

In secundo sunt quæ incipiunt à nun: illa enim sæpe abijciunt נ & loco illius sequens littera recipit dages, ut à radice נָפַל cecidit, dicitur in futuro אֶפֶל cadam: sic à uerbo נָטַע fit nomen uerba le מִטַּע plantatio.

In tertio sunt quæ incipiunt à iod, & illa sæpe mutant iod in uau uel in zere: ut à יָשַׁב sedit, fit in futuro אֵשַׁב sedebo: & nomen hæmanthicum מוֹשֵׁב

cathedra:& in hiphil הוֹשִׁיב posuit.

In quarto sunt quæ habent mediam radicalem uau quiescentem, sed raro expresse scriptam, ut שָׁב reuersus est:& in futuro habet uau expresse scriptum, ut אָשׁוּב reuertar, & nomen uerbale תְּשׁוּבָה conuersio, pœnitentia.

In quinto sunt quæ habent tertiam radicalem literam he, & hæc sæpe mutatur uel in uau uel in iod: ut ab עָשָׂה fecit, dicitur עָשִׂיתָ fecisti, עָשׂוּי factus, מַעֲשֵׂה opus.

In sexto sunt quæ ueniūt à duplicantibus alteram radicalem, illa enim sæpe abijciūt alteram similitum, & loco lapsæ literæ relicta dageffatur, ut à סָבַב uerbo perfecto, fit uerbū sexti ordinis סָבַב circuiuit, manente utrinq; eodem significato: à quo fit plurale סָבְבוּ circuiuerūt. Sic à צָלַל fit nomen sexti ordinis צָלַל umbra, & in plurali צָלִים umbræ.

In

In septimo sunt quæ componuntur ex secundo aut tertio & quinto ordine: ut à ירה fit uerbū alterius coniugationis הורה docuit, & inde nomen הורה lex, instrumentum: sic à נבה fit nomen מבה plaga, cædes.

In octauo sunt quæ constāt quatuor radicalibus literis, ut ברסם eruit, demolitus est, גלגל uolutauit, rotauit: inde גלגל rota, sphaera.

De coniugationibus.

SVnt quatuor coniugationes in Hebraica lingua:

PRIMA uocatur קל id est, leuis: & fit in uerbis perfectis hoc modo:

In עבר id est, præterito,

גַּרַל גַּרַלְתָּ גַּרַלְתִּי גַּרְלוּ גַּרְלִיתֶם גַּרְלוּ

In foeminino, גַּרְלִיתִי גַּרְלִיתֶם

In בינוני id est, participio præsentis quod utuntur loco temporis præsentis,

גֹּרֵל גֹּרְלִים : גֹּרְלֵת גֹּרְלוֹת

ISAGOGE

In פעול id est, participio præterito,
 גָּרַל גָּרָלִים ; גָּרַלְתָּ גָּרַלְתָּ

In צווי id est, imperatiuo,
 גָּרַל גָּרְלוּ ; גָּרְלֵי גָּרְלֵנָה

In מִקְוֹר id est, infinitiuo,
 גָּרַל לְגָרוֹל בְּגָרוֹל בְּמָגְרוֹל

In עתיד id est, futuro,
 אֶגְרַל תִּגְרַל יִגְרַל בְּגָרַל תִּגְרַלְוּ יִגְרַלְוּ

In foeminino, תִּגְרַלְתְּ תִּגְרַלְתְּנָה

In passiuo,

- בְּגָרַל בְּגָרַלְתָּ בְּגָרַלְתָּ בְּגָרַלְתָּ Præt.
- בְּגָרַל בְּגָרַלִים ; בְּגָרַלְתָּ בְּגָרַלְתָּ Part.
- הִגְרַל הִגְרַלוּ הִגְרַלְוּ הִגְרַלְוּ Imper.
- הִגְרַל לְהִגְרַל בְּהִגְרַל Infinit.
- אֶהְיֶה אֶהְיֶה אֶהְיֶה אֶהְיֶה Fut.

SECUNDA coniugatio uocatur à forma ipsa פִּעַל & dageffata atque פִּבֵּר grauis: & fiunt uerba in ipsa transitiuua, quæ in prima sunt neutra: ut à גָּרַל creuit, magnus fuit, fit uerbum piel גָּרַל magnificauit.

Præt.

M V N S T E R I

גַּרְל גַּרְלָה גַּרְלְתִּי גַּרְלוּ גַּרְלְתֶם גַּרְלְנוּ Præt.

מִגַּרְל מִגַּרְלִים מִגַּרְלָה מִגַּרְלוֹת Part.1

מִגַּרְל מִגַּרְלִים מִגַּרְלָה מִגַּרְלוֹת Part.2

גַּרְל גַּרְלוּ גַּרְלִי גַּרְלְנָה Impat.

גַּרְל לְגַרְל בְּגַרְל מִגַּרְל Infini.

אֶגַּרְל תֶּגַּרְל יִגַּרְל יִגַּרְלוּ הִגַּרְלוּ Fut.

TERTIA coniugatio uocatur à forma ipsa הַפְעִיל & est quoq; transitiva, ut ab אָכַל comedit, fit hiphil הִאָּכַל fe- cit comedere seu cibauit, sic הִגְדִּיל ma- gnificauit.

הִגְדִּיל הִגְדִּילָה הִגְדִּילְתִּי הִגְדִּילוּ Præt.

הִגְדִּילְתֶם הִגְדִּילְנוּ

הִגְדִּילָה הִגְדִּילְתֶּן הִגְדִּילְנוּ

מִהִגְדִּיל מִהִגְדִּילִים מִהִגְדִּילָה מִהִגְדִּילוֹת Part.1

מִהִגְדִּיל מִהִגְדִּילִים מִהִגְדִּילָה מִהִגְדִּילוֹת Part.2

הִגְדִּיל הִגְדִּילוּ הִגְדִּילִי הִגְדִּילְנָה Impat.

הִגְדִּיל לְהִגְדִּיל בְּהִגְדִּיל מִהִגְדִּיל Infini.

אֶהִגְדִּיל תֵּהִגְדִּיל יִהִגְדִּיל יִהִגְדִּילוּ הִהִגְדִּילוּ Fut.

יִהִגְדִּילוּ

הִהִגְדִּיל הִהִגְדִּילוּ הִהִגְדִּילְנָה

ISAGOGE

QVARTA coniugatio à forma uocatur **התפעל** & est reciprocae significationis, ut **התגדל** magnificauit se, **התגדלת** magnificasti te, **התגדלתי** magnificauim me, **התגדלו** magnificauerunt se.

Part. I **מתגדל** **מתגדלים** **מתגדלה** **לות**

Impa. **התגדל** **התגדלו**

Infini. **התגדל** **בהתגדל**

Fut. **אתגדל** **התגדל** **יתגדל** **נתגדל**

Q Vando uero **ש** uel **ס** est prima radicalis, **ה** ponitur post **ש** & **ס** ut à **שמור** fit **השמור** & à **סבל** **הסתבל**. Et quando prima radicalis est **צ** mutatur **ה** in **ט** poniturque post primam radicalem, ut à **צדק** iustus fuit, fit **הצטרק** iustificauit se. Porro passiuum secundae coniugationis uocatur à forma ipsa **פעל** habetque raro alios modos quam praeteritum & futurum: ut **גדל** magnificatus est, **אגדל** magnificabor. Passiuum uero hiphil uocatur **הפעל** & habet

bet duntaxat præteritum & futurum, & raro alios modos: ut הִגְרַל magnificatus est אֲהַגְרַל magnificabor: & cætera.

De uerbis aliorum ordinum.

IN secundo ordine נָגַשׁ & in tertio יָשַׁב coniugantur in præterito & utroque participio sicut in perfectis. In imperatiuo גֹּשׁוּ & שִׁבּוּ In infinitiuo גָּשָׁה & שָׁבָה In futuro תִּגְשֹׁשׁ & תִּשָּׁב In præterito hiphil תִּגְשֹׁשׁ & תִּשָּׁב In part. מִגְשֹׁשׁ & מִשָּׁב In futuro יִגְשֹׁשׁ & יִשָּׁב

In quarto ord. in præterito קָם קָמָה In participio קָם קָמִים In imperatiuo קוּם קוּמוּ In infi. קוּם In fut. יִקוּם יִקוּמוּ In præterito hiphil תִּקְמוּ In participio תִּקְמוּ תִּקְמוּם In imperatiuo תִּקְמוּ In futuro יִקְמוּ יִקְמוּם

In quinto ordine גָּלָה גָּלִיתָ In participio præterito גָּלוּ In imperat. גָּלָה In infinitiuo גָּלוּ & cætera.

EXERCITAMENTVM

HEBRAISMI EX QUINTO

capite euangelij secundum

Matthæum.

בשראח ישוע את פיות עלה
 על הר ואחרי בן ישב
 ונגשו אליו תלמידיו ונפתח פיהו וילמד
 אותם לאמר: אשרי עניי הרוח פי להם
 מלכות השמים: אשרי אבלים פי להם
 מלכות השמים: אשרי עניים פי הם ונתלו
 ארץ: אשרי שרעבים וצמאים את צדק פי
 הם וישבעו: אשרי רחמניים פי להם ירחם:
 אשרי ברי לבב פי הם יראו את אלהים:
 אשרי משלימים פי בני האלהים וקראו:
 אשרי שנגרפים בשביל הצדקה פי להם
 מלכות השמים: אשרי אתם בקלל אתכם
 האנשים וירדפוקם ויאמרו את כל—רעה
 עליכם ובהשים למעני: שמחו וגילו כי
 שברכם הוא רב בשמים: פי כי רדפו את
 תביאים אשר תיו לפניכם: אתם הם מלך
 הארץ

הָאָרֶץ וְאִם הַמַּלְאָה יִתְפַּל בְּמִתְּחִילתָּ לְאָפֶס
יוֹעִיל עוֹר פִּי אִם שִׁישְׁלַח לַחוּץ וְיִרְמַס
מִהָאָדָם : אֵתֶם הֵם אִזֵּר הָעוֹלָם : לֹא הוֹבֵל
לְחַסְתָּר עִיר שְׁחֹשְׁבָה עַל הַחֵר וְלֹא מִזֵּ
מִשִּׁיתִים אֶת נֵר לְשׁוֹמֵת תַּחַת סָאֵת פִּי אִם
עַל חֲמִנְרָה לְהָאִיר לְבַל שְׁחַס בְּפִיתוֹפֵן יֵאֹד
אוֹרְבִם לְפָנֵי הָאָדָם לְמַעַן יִרְאוּ מַעֲשֵׂיבִם
הַטּוֹבִים לְכַפֵּר אֶת אֲבִיבִם שְׂדוּא בַּשָּׁמַיִם :
אֵל תִּהְיֶנּוּ פִי בְּאֵתִי לְבַטֵּל אֶת הַזֵּרָה אוֹ אֶת
הַנְּבִיאִים לֹא בְּאֵתִי לְבַטֵּל פִּי אִם לְמַלְאָ :
אֲמֵן אֲמֵן אֲנִי אֲמַר לְבִם עַר שִׁיעֲבֹדוּ
שָׁמַיִם וְאָרֶץ לֹא יַעֲבֹד יוֹד אֶתֶת
אוֹ עוֹקֵז אֶתֶר מִתּוֹרַת
עַר שִׁיעֲשׂוּ
הַפֶּל :

ISAGOGE

MEMORATAE LECTIONIS

succincta explicatio.

PRIMA dictio בְּשֵׁרָאָה habet radicem רָאָה uidit, de quinto ordine & prima coniugatione. duæ uero literæ בַּ שֵׁרָא secundum quòd, sunt seruales.

אָה Articulus est accusatiui casus.

Porrò בִּיהוֹת plurale est fœmininũ, à singulari בִּיהָה quod turbã significat.

עָלָה ascēdit, Verbũ est de qnto ord.

עַל Præpositio est, super.

הַר mons, A radice הָרַר duplicante secundam radicalem.

וְאַחֲרַי כֵּן & post sic, Pro postea: ubi uau est coniunctio copulatiua: & אַחֲרַי præpositio, ab אַחַר quod etiam Post significat, habetq; sæpe formam nominis pluralis constructiui.

יָשַׁב sedit, Verbum tertij ordinis.

Quod autem sequitur וַיִּגְשׁוּ & accesserunt, Verbum est de secundo ordine

ne

ne & prima coniugatione.

אֵלָיו ad eum, Dicitio cōposita à præpositione אֵל & affixo uau.

תַּלְמִידָיו discipuli eius, Radix dictionis est לָמַד didicit, inde nomē hæemāthicum תַּלְמִיד studiosus discipulus: in plurali תַּלְמִידִים & cum relatiuo uau תַּלְמִידָיו discipuli eius.

וַיִּפְתַּח & aperuit, Verbū futuri temporis à radice perfecta פָּתַח Et nota q̄ וַיִּ hic mutat futurum in præteritum.

פִּיהוּ os eius, אִפְּהוּ os: in regimine dicitur פִּי Sic cum affixis פִּיהוּ os eius, פִּיהֶם os eorum.

וַיְלַמֵּם & docuit, Verbum perfectum de secunda coniugatione, mutat וַיִּ futurum in præteritum. In prima coniugatione לָמַד didicit, est neutrum: & in secunda לָמַד docuit, fit transitiuum.

אֹתָם eos, Accusatiuus à nominatiuo הם ipsi, cuius singulare est הוּא ipse.

לְאָמֹר

ISAGOGE

לֵאמֹר dicens, Infinitivus est à radice
אָמַר Accedunt autem plerūq; ad infini-
tium literæ בְּכֹלִים sicut supra ostēdimus.

אֲשֶׁרֵי beati, Plurale est constructi-
uum, cuius nec singulare אֲשֶׁר neq; plu-
rale absolutum אֲשֶׁרִים est in usu.

עֲנִי pauperes, A uerbo עָנָה fit no-
men עָנִי pauper, miser, & in plur. עֲנִיִּים
atq; in constructione abiicitur ם finale,
& mutat mox præcedens hirec in zere.

רוּחַ הַקֹּדֶשׁ spiritus, Vbi הַ est articulus ge-
nitiui casus.

כִּי quoniam, Coniunctio rationalis.

לָהֶם ipsorum, Dictio composita à ל
seruili litera, & הֶם seruili syllaba.

מַלְכוּת regnum, Nomen foeminini
generis à radice מָלַךְ regnauit: inde
מֶלֶךְ rex, מַלְכָּה regina, & מַלְכוּת
מַמְלָכָה regnum.

שָׁמַיִם coeli, In duali numero, nec
unquam inuenitur habere singularem

nume-

numerum. Est tamen א à fronte litera
 articularis.

אֲבָלִים lugentes, A singulari אָבֵל lu
 gens, mutatur אָב in plurali propter mul
 tiplicationē syllabarum א in אֵ. Idem
 fit in alijs nominibus, quādo prima syl
 laba habet א. Id quod paulò post in
 עֲנָוִים uidere licet, cuius singulare est
 עָנָו mitis, mansuetus.

יִגְדְּלוּ hæreditabunt, Futurum plu
 rale in secundo ordine. Et quod mox se
 quitur אָרֶץ propter finem sententiæ
 mutatur אֵ in א. Nam אָרֶץ absolute
 est Terra.

שָׂרְעִים qui esuriunt, Singulare hu
 ius pluralis est רָעֵב Schin uero cum א
 est relatiuū Qui Quæ Quod. Eiusdem
 formæ est plurale illud וְצִמְאִים & siti
 entes: nam singulare eius est צִמְאָה Vau
 uero est coniunctio copulatiua. Vbi no
 tabis quòd uau coniunctio à principio
 dictio

dictionis semper habet schurec quādo accedit ad literam scheuatā, ut hoc loco, uel ad unam ex literis בּוֹמָהּ ut וּמַלְכִי & rex meus, וְסוּר & sparsit.

צַדִּיק iustitia, A uerbo צָדַק iustus fuit, inde צְדוּקַיִם Zedukæi, pro quo nostri habent Sadducæi, id est, iustificati.

יִשְׂבְּעוּ saturabuntur, Futurum plurale masculinū à præterito שָׂבַע satur fuit. Est enim neutri generis & primæ cōiugationis, scribiturꝑ cum smol: cum iamin autem significat Iurare.

רַחֲמַנִּים misericordes, A uerbo רָחַם misertus est, fit adiectiuū gentile רַחֲמָנִי misericors, & in fœminino רַחֲמָנִית

יִרְחַם misericordia exhibebitur, Passiuū est piel: à רָחַם enim misertus est, fit passiuū רָחַם misericordiā affecutus est.

בְּרִי mundi seu puri, Plurale constructiuum ex sexto ordine: nam radix est בָּרַר mundus & purus fuit. Idem iudicium

cium est de nomine לָבַב mox sequente, quod aliquando cum syncopa inuenitur לָב cor.

יִרְאוּ uidebūt, A radice קָנָה ord. רָאָה

אֱלֹהִים deus, Plurale à singulari אֱלֹהִים

Vsurpat autem Hebraismus tam singulare quàm plurale pro deo uero.

מִשְׁלֹמִים pacem facientes, Et est participium hiphil à radice שָׁלַם Inde הִשְׁלִים uerbum hiphil, & hinc nomen שָׁלוֹם pax, integritas.

בְּנֵי filij, Plurale constructiuum à singulari בֶּן filius.

יִקְרָא uocabūtur, Futurū passiuum primæ cōiug. nam à radice קָרָא fit passiuum יִקְרָא uocatus est, & in fut. אִקְרָא uocabor, יִקְרָא uocabitur, supplente da ges locū nun passiuæ literæ. & cætera.

Basileæ, per Hieronymum Frobenium & Nicolaum Episcopium, anno M D XXXV

